



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Lect[i]o. v.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

se monstravit. Cui non inmerito scribendorum actuum apostolorum potestas in ministerio datur.

Iste paulum consummavit. **Lectio iij.** mationi apostolicis actibus de dicitur quod dicitur contra stimulum calcitrante dominus elegisset quod legentibus ac requirentibus deum brevis maluit ostendere sermone quod prolixius aliquid fastidientibus edidisse scies quod operante agricolam oportet de suis fructibus edere.

Tu autem domine. Lectio quarta. **U**ca igitur medicum ita divina subsecuta est gratia ut eius medicina non solum corporibus sed etiam proficeret animabus. Hic neque uxorem neque habes neque filios septuaginta et quatuor etatis habens annos obiit in bithynia. plenus spiritu sancto. et sepultus est in eadem civitate. **Tu autem domine.**

Uicesimo autem. **Lectio v.** anno constantini imperatoris ossa eius cum reliquis beati andree apostoli constantinopoli translata honorifice sepulta sunt. Huius luce aliorumque euangelistarum ezechiel propheta ad mirabiles virtutes quas celesti visione sub figura quatuor animalium desiderat plenissimo sermone describit. **Tu.**

Iohannes quoque apostolus. **Lectio vi.** stulus qui erat unus ex eis et ipse visione doctus spiritali intra prima ecclesie sacramenta eorumdemque euangelistarum

facit mentionem. Tante erant dignitatis euangeliste redemptoris nostri facta et dicta scribendo memorie tradiderunt ut non solum prophetico sed et apostolico essent testimonio commendandi. **Tu autem domine.**

Euangelium Designavit dominus. **Et cetera omnia de apostolis. In secundis vel. an.** Juravit doctorum. **Post primum beatus. de sancto ianuario. an.** Sanctum est verum. **h.** Letami in domino. **I**ntercedentibus sanctis. **Col.** tuis domine ianuario et sociis suis plebi tue presta subsidium: ut ab omnibus noxiis expedita et libera in eternum tibi cuncta profutura percipiat. **Per dominum.**

Ianuarij et sociorum eius xij octobris celebrat sicut et martiribus. **Ad mag. an.** Beatus ianuarus orabat dicens domine iesu christe qui me ex utero matris mee usque ad hanc horam custodire dignatus es: adhibe solitam pietatem custodie tue et libera me a feruentis fornicis incendio. **Et habentur laudes proprie ut sequitur. Ad laudes an.** Sanctus ianuarus beneventane civitatis episcopus a timotheo iudice percussus ad palmarum martirij cum sociis pervenit. **an.** Cum opinione sancti viri timotheus insanus audisset. iussit eum eberi et fornicem igne succedi: